

D. JOANNIS  
**GUTIERREZ**  
HISPANI

JURISCONSULTI PRÆCLARISSIMI,  
Almæ Ecclesiæ Civitatenfis Canonici Doctoralis, & Advocati Placentini;

**CANONICARUM**  
QUÆSTIONUM,

Utriusque Fori tam Exterioris quàm Interioris Animæ,

LIBER PRIMUS:

IN QUO

MULTÆ QUÆSTIONES IN PRAXI ADMODUM UTILES  
CONTINENTUR;

Cum Indicibus ARGUMENTORUM, RERUM & VERBORUM locupletissimis.  
NOVA EDITIO, PRIORIBUS CORRECTIOR ET ELEGANTIORI ORDINE  
DISPOSITA.



COLONIÆ ALLOBROGUM.  
Sumptibus **PERACHON & CRAMER.**

M D C C X X X.

CUM PRIVILEGIO S. CÆSARÆ MAJESTATIS.



L I C E N T I A T O  
PAULO DE LAGUNA,

INDIARUM, TOTIUSQUE NOVI ORBIS PRÆSIDI AMPLISSIMO,  
JOANNES GUTIERREZ. CANONICUS DOCTORALIS  
Almæ Ecclesiæ Civitatis, S. P. D.



SICUT illi facere solent, qui Principis alicujus benevolentiam, & familiaritatem experti sunt, ut quicquid boni habent, quamvis sit exiguum, in ipsum conferant: quicquid verò adversi accidat, ad eundem referant, ut ipsius patrocinio depellatur, id ipsum mihi, Indiarum Præses amplissime, hoc tempore video contigisse. Jam enim ( nisi forte excedit ) memoria tenes, quanta nostra fuerit, non amicitia solum, sed etiam familiaritas, eaque sane strictissima, cum olim Salmanticæ in eisdem studiis versaremur. Neque solum in eadem, ut dixi, Academia, eodemque Gymnasio, sed eadem quoque domo, iisdem parietibus, ac pene dicam cubiculo continebatur, ut vel ipsa etiam Academia, ipsa studiorum ratio, & facultas, ipsi demum parietes ad amicitiam non invitarent modo, sed etiam traherent. Successit deinde assidua inter nos studiorum communicatio, animorum conjunctio, ut illud Quintiliani certissimum esset, non minus inter se consentire iisdem studiis, quam iisdem sacris initiatos. Nescio enim, quo pacto literarum studia mirifice animos copulant, atque, ut ita dicam, conglutinant, ut veluti cognatio quædam ingeniorum & mentium contrahatur. Cum ergo benevolentia ista tua mihi semper patuerit, & amicitie nexus divelli nos invicem minime patiatur: quicquid mihi domi nascitur, qualecunque illud sit, tuo propemodum jure tibi vendicas, quemadmodum quicquid adversi accidere potuit, tua benignitate, atque auctoritate depellis. Ecce tibi duos Canoniarum questionum libros, quos existima- vi doctissimo Præsidi dicati oportere, & quod viri docti hujuscemodi maximè muneribus delectentur, & quod hoc officium meæ erga te voluntatis leges amicitie vetustissimæ suo jure postulare viderentur. Ac-



D. JOANNIS  
**GUTTIERREZ**  
 J. C. HISPANI PRÆCLARISSIMI  
**CANONICARUM**  
**QUÆSTIONUM,**  
 Utriusque Fori tam Exterioris quam Interioris Animæ.  
**LIBER PRIMUS.**

\*\*\*\*\*  
 S U M M A R I A.

- 1 Concilium Constantiense circa excommunicatos vitandos, vel non, refertur; nec non & Basiliense.
- 2 Alia in Constantiensi & Basiliensi Concilio circa damnationem quorundam articulo-um Hæreticorum, & causas beneficiæ ac curatû, approbata sacra-um auctoritate Apostolica, & quomodo hoc intelligatur, n. 15.
- 3 Sententia declaratorum non requiritur, nec est necessaria, ubi aliquid ita notorium est, quod nullam excusationem habet, nec possit aliqua tergiversatione celeri- contrariari, n. 18.
- 4 Sententia declaratoria requiritur regulariter ubicun- que pena aliqua pro crimine etiam ipse iure infligitur.
- 5 Publice excommunicatus, publice est vitandus, etiam ante damnationem iuris communi auctoris.
- 6 Notorie excommunicatus, ita quod ipse factum nul- la tergiversatione celari possit, vitandus est ante denunciationem secundum litteram Concilii Basiliensis, & citantur auctores hujus sententiæ.
- 7 Sed contrarium late probatur rationibus & aucto- ritatibus hic adductis, & in num. seq.
- 8 Hæreticus ante condemnationem non tenetur quæ- rere, nisi scimus illum esse hæreticum.
- 9 Excommunicatus hæresi solvetur, sicut lepra leproso, & hinc umbra.
- 10 Intercecat propter hæresim prius, quam pro sa- libus declarantur, decetari solent, nec divina officia nec sacrificia permittuntur audire, nec alia Sa- cramentis Ecclesie usi, nec traduntur Ecclesiastica sepultura donec causa peratur.
- 11 Statutum in Synodo Constantiensi de excommunicatis non vitandis ante denunciationem, per æterquam in ho- stio Clerici percussore, saluberrimum institutum fuit ad sedandas immodatas conscientias adimendisque serupulos.

- 12 Ratio differentie assignatur inter notorium Clericis per. affertur, cui sit vitandus ante denunciationem & alios notorie excommunicatos non vitandos.
- 13 Hæreticus notorius cui non sit vitandus ante con- demnationem.
- 14 Verum esse resoluitur in Concilio Constantiensi sub Martino V. celebrato edito in se prædictam saluber- rimum consuetudinem iuxta litteram & sensum, in. 1. velatum, & quomodo inter alia expressa Concilii ipsa non esset, est tamen hoc receptissimum apud crebriores & graves auctores, & in hoc numero resolutio præcedentium ponitur.
- 17 Manifestatio auctoritativa requiritur, etiam si facti evidentiæ sit, ut, quod auctoritas publica inebatæ lege, auctoritate publica perheret iudice.
- 18 Passali liberati sunt à debito fidelitatis Dominij, & totius obsequij propter hæresim manifestam Domini sui.
- 19 Custodienti depositum sibi ab hæretico commissum, non debet illud reddere hæretico manifesto id petenti.
- 20 Praeter aliosque appulsus aut orciis, nuntia qui sub fidelitate, & iuramento illud ab aliquo accepit, non tenetur illi restituere manna hæretico effella, nec ab- ieri ejus manna, sed fisco.
- 21 Hoc tamen procedit sequata sententia declaratoria iudicis, ac neque illam esse notorium hæreticum, alias fecit.
- 22 Notum propterea nec etiam iudici seculari licet iudi- care aliquem hæreticum, etiam si notorium talis appare- at, quousque ab Ecclesia id iudicetur, aut per senten- tiam declarari, idque procedat indistincte ut hic.
- 23 Pena non obtenitur in foro conscientia ante condemna- tionem, etiam si ipse iure imposta sit.
- 24 Occulte excommunicatus bonis nullis modo vitandus est, nec etiam ante denunciationem, eum si excommunicatio duobus etiam iustis probata visca.
- 25 Fama publica excommunicationis non sufficit ad hoc, ut teneatur aliquem vitare ante denunciationem.
- 26 Excommunicatus quousque sit in proposito ad sciem- am, an excommunicatus vitandus sit vel non.

D. JOANNIS  
GUTIERREZ

HISPANI,

JURISCONSULTI PRÆCLARISSIMI,

*Almæ Ecclesiæ Civitatenfis Canonici Doctoralis, & Advocati Placentini;*

CANONICARUM  
QUÆSTIONUM,

Utriusque Fori tam Exterioris quàm Interioris Animæ,

LIBER SECUNDUS:

*IN QUO*

MULTÆ QUÆSTIONES IN PRAXI ADMODUM UTILES  
CONTINENTUR;

Cum Indicibus ARGUMENTORUM, & RERUM ac VERBORUM locupletissimis  
*Hujusce & Primi Libri.*

NOVA EDITIO, PRIORIBUS CORRECTIOR ET ELEGANTIORI ORDINE  
DISPOSITA.



COLONIÆ ALLOBROGUM:


Sumptibus PERACHON & CRAMER.

M DCCXXIX.

CUM PRIVILEGIO S. CÆSARÆ MAJESTATIS.



D. JOANNIS  
**GUTIERREZ**  
 J. C. HISPANI PRÆCLARISSIMI  
**CANONICARUM**  
**QUÆSTIONUM,**  
 Utriusque Fori tam Exterioris quam Interioris Animæ.  
**LIBER SECUNDUS.**



SUMMARIUM.

- 1 Testamentum conditum ab aliquo ante ingressum religionis, validum est, nec postea per ingressum rumpitur nec vitatur, si per ingrediatur Monasterium bonorum immobilium incapax, sive capax.
- 2 Testamentum ejus, qui postea ingreditur religionem, bonorum immobilium capacem, tunc demum per ingressum, aut professionem sua rumpitur, quoties illud condidit, cogitans de ingressu religionis: sed non, si de illo non cogitavit, quia tunc testamentum rumpitur per ingressum religionis, secundum magis communem sententiam, ut in u. seq. præcedend. n. 10.
- 3 Testamentum factum cogitatione religionis bonorum immobilium capacem, sicut non infirmatur per ingressum religionis, pariter per ipsum non confirmatur, nec testator naturaliter moritur.
- 4 Testamentum agnacione posthumi rumpitur.
- 5 Monasterium loco filii posthumi habetur atque censetur.
- 6 Testamentum ab eo conditum, qui religionem ingressurus est, ut per eam non infirmetur, oportet relinquere Monasterio legitimam titulo institutionis, aliter rumpitur per professionem: sed in contrarium est verior communis & tenenda sententia, ut in u. 12. & u. 13. quod si aliquid relinquatur Monasterio titulo institutionis, præcuditio non irritat testamentum per professionem.
- 7 Testamentum ingressori religionem ad sciendum, an postea rumpatur, necne? distinctio quedam Antonii de Butrio refertur agitur, de veritate usus.
- 8 Monasterium habetur loco filii in casibus à jure expressis, in aliis autem non habetur pro filio, & tunc exprimitur à jure, ubi ingressus Monasterium, nullum prius testamentum condidisset.
- 9 Testamentum etiam factum ab eo, qui cogitaverat religionis professionem, etiam portione legitima Monasterio titulo institutionis dimissa, per professionem rumpitur, quasi per capitis diminutionem, secundum opinionem Ju. Gutierrez Quæstiones Canonice, Lib. II.

*Salve. & aliorum: sed seisa est.*

- 11 Text. in auth. nunc autem, cum simil. C. de Episc. & cler. communiter intelligitur per D.D. quando testator cogitavit de ingressu religionis.
- 14 Testamentum conditum ab eo, qui religionem ingressurus est, cogitans de ingressu, an valeat & tenet, licet in eo non sit servata solemnitas juris communis.
- 15 Testamentum conditum, absque ulla religionis bonorum capacis cogitatione, sequens professione revocatur, si de se ipsum & bona expressè religioni dimittit, sive tacite.
- 16 Testari libere permittitur à jure ingressari religionem, dummodo eo tempore cogitans de hoc.
- 17 Testamentum factum ab eo, qui religionem ingressurus non cogitaverat, professione rumpitur solummodo quoad legitimam portionem Monasterio competentem.
- 18 Testamentum ingressuri religionem incapacem bonorum immobilium, licet de ea non cogitaverat, non rumpitur per hujusmodi religionis ingressum ac religionem, sed non ab ipsa vires effluit novaliter, ac si ipse ingressurus naturaliter fuisset mortuus, & u. 12.
- 19 In dubio, quando non constet, utrum testator tempore testamenti, de religionem cogitaverit, necne ex intercallo, tempore à testamento ad religionem ingressam, id jure arbitrabitur, ut h. u.
- 20 Monachum autem professionem posse valide testari, ac proinde ejus testamentum per professionem non revocari: quod intelligitur, etiam sine licentiæ Prælati, ut in u. 25. & in u. seq. an hodie hoc procedat sicut C. x. l. Test.
- 21 Monachus novitius intra annum probationis tanquam laicus censendus est, nec dicitur Monasterium ingressus, qui nondum est professus.
- 22 Religio ubi sic mentio, intelligitur cum effectu.
- 23 Si maritus relinquat aliquid uxori, si ingressa fuerit Monasterium, intelligitur de ingressu cum perjurantia.
- 24 Foris ingredi religionem, non satisfacit, si ingressatur & exeat.